

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

De lege agraria contra P. Servilium Rullum tribunum plebis in senatu.
Oratio XV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

forassis mater exequias illius funeris profecuta morte se filii lugere simulasset: nunc vero quod erit perfectum nisi ut huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reseruata, mors sepulcro patris priuata esse videat. Satis diu fuit in miseris Iudices, satis multos annos ex inuidia laborauit. nemo huic tam iniquus propter parentem fuit, cuius animam non iam expletum esse putemus. vos qui equi estis omnibus, qui ut quisque crudelissime oppugnat, eum lenissime subleuatis, conseruate A. Cluentium: restituite incolumem municipio: amicis, vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite: vobis in perpetuum liberisque vestris obstringite. vestrum est hoc Iudices, vestre dignitatis, vestre clementiae. recte hoc repetitur a vobis, ut virum optimum, atque innocentissimum, plurimisque mortalibus charum, atque iucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis, ut omnes intelligant, in concionibus esse inuidiae locum, in iudiciis veritati.

Laborauit ex inuidia.

Charum atque iucundissimum.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIUM RVLLVM TRIBVNVM PLEBIS IN SENATV. ORATIO. XV.

Defunt permulta.

Quae res aperte petebat, ea nunc occulte cuniculis oppugnat. dicit enim Decemviri id, quod & dicit a multis, & sepe dictum est: post eosdem consules, regis Alexandrini testamento, regnum illud populi Romae esse factum. dabitis igitur Alexandriae clauem petentibus illis, quibus apertissime pugnantibus restitistis. haec pro deos immortales, vtrum esse vobis consilia siccorum, an violentorum somnia: & vtrum cogitata sapientium, an oprata furiosorum videntur. Videte nunc proximo capite, ut ipse helluo turbet rempublicam, ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat, & dissipet: ut sit non minus in populi Romae patrimonio nepos, quam in suo. proscribit in sua lege, vectigalia, quae Decemviri vendunt, hoc est, proscribit auctionem publicorum bonorum, agros emi vult, quae diuidant, quarit pecuniam, videlicet excogitabit aliquid, atque afferet. nam superioribus capitibus dignitas populi Romae violabatur: nomen imperii in commune odium orbis terrae vocabatur: vrbes pacatae, agrum sociorum, regum statum decemviris donabant, nunc praesens certa pecunia numerata quaeritur, expecto quod Tribunus Plurimus vigilans, & acutus excogitet. Veneat inquit sylua Scantia, vtrum tamen hanc syluam in relictis possessionibus, an in caesorum pascuis inuenisti: si quid est, quod indagaris, inuenieris, ex tenebris erueris, quae iniquum est, tamen consume sane, quoniam commodum est, quam quidem tu attulisti. syluam vero tu Scantiam vendas, nobis consulibus, atque hoc Senatu: tu vllum vectigal attingas: tu populo Romae subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias: tamen vero hoc me inertiore consule iudicabo, quam illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerunt: quae vectigalia illis consulibus Populo Romae parta sunt, ea me consule ne retineri quidem potuisse iudicabunt. Vedit Italiae possessiones ex ordine omnes, sane est in eo diligens: nullam enim praetermittit, persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam: nullum aedificium, nullos agros relinquit. audistis auctionem populi Romae, proscriptam a Tribuno plebis, constitutam in mensem Ianuarii: & credo non dubitatis, quoniam idcirco haec, agrarii causa non viderunt illi, quae armis, & virtute pepererunt, ut esset quod nos largitionis causa videremur. Videte nunc quoad fecerit iter aptius quam antea. nam superiore parte legis quemadmodum Pompeium oppugnareret, a me indicati sunt, nunc iam se ipsi indicabunt. iubent venire agros Attalensium, atque Olympenorum, hos populo Romae. Seruilius fortissimi viri victoria adiecit, deinde agros in Macedonia regios, quae prima T. Flamini, prima L. Pauli, quae Persen viciniae, virtute praeterita sunt, deinde agrum optimum, & fructuosissimum Corinthium, quae L. Mumii impio, ac felicitate ad vectigalia populi Romae adiunctum est, post autem agros in Hispania apud Carthagine noua, duorum Scipionum eximia virtute possessos, tamen ipsam veterem Carthaginem vident, quam P. Africanus nudata teetis, ac moenibus, siue ad notandam Carthaginensium calamitatem, siue ad testificandam nostram victoriam, siue ad oblatam aliquam religionem, ad aeternam hominum memoriam consecrauit. His insignibus atque insulis imperii videntur, quibus ornatam vobis maiores vestri Respublicae tradiderunt, iubent eos agros venire, quos Rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto, Cappadociaque possederit, nunc obscure videntur prope hasta praekonis insectari Cn. Pompei exercitum: qui venire iubeat eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat, atque versetur. Hoc vero cuiusmodi est? quod eius auctionis quam constituit, locum sibi nullum deseruit: nam decemviris quibus in locis ipsis videatur, videntur potestas lege permittit. Censoribus vectigalia locare nisi in conspectu populi Romae non licet his vendere vel in ultimis terris licebit. At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimoniis faciunt, ut in atriiis auctionariis potius, quam in truiuis, aut in compitis auctionentur, hic permittit sua lege decemviris, ut in quibus commodum sit, tenebris, ut in qua velint solitudine, bona populi Romae possint diuendere. Iam illa omnibus in prouinciis, regnis, liberis populis, quae acerba, quae formidolosa, quae quae

Cuniculi.

Consilia siccorum.
Somnia violentorum.
Cogitara.

Sylua Scantia.

Insignia atque insulae imperii.

Atrii auctionaria.

suosa concursu
tiones dedisti
auctoritate p
obrem quoniam
in orbe terrarum
ditate: quorum
ferenda: ligebit
sancti non facie
spoliationes
re putaris: E
liberum, infirmit
ponere, ut iud
iudicio per
men in tota
agrum Recento
in Aphrica, q
Reccoricos
tionem, & age
las in orbe ter
videt, quem n
cos, reges den
dite vos qui
ad quoniam
in monument
rant: in omni
cunita se a
illi Decemviri
seruata. Deid
nia: primum
la lege, qua
beneficio, sed
enim pecuni
si vero non in
Videtur iam
Minuerur h
go emer agr
des quos vol
quasi vero no
tum tibi agri
vendet non in
quod cupiunt: det
licita, pecuni
fellores non v
quod non emi
ha, effuillam
cantur, qui
dicatur inq
hac oia con
li permittit
eis deum
hanc vrbe
postremo
vero rotam
imlectura

De leg. Agr. contra Rul. Fo. CXV.

Ituosa cōcurfatio decēūralis futura fit, nō videtis: hereditariū obeūdarū causa, q̄b⁹ vos legationes dedistis, qui & priuati, & priuati ad negotiū exierūt, nō maximis opib⁹, neq; summa auctoritate p̄diti, tñ auditis profecto q̄ graues eorū aduentus sociis vestris esse soleant. quā obrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris, & mali, cum mittantur in orbē terrarū decēūri summo cū imperio, summa cū avaritia, infinitaq; omniū rerum cupiditate: quorū cū aduentus graues, cū fasces formidolosi, tñ vero iudiciū, ac potestas erit non ferenda. ligebit em̄, qd̄ videbit, publicū iudicare: qd̄ iudicant, v̄dere. etiā illud, qd̄ homines sancti nō faciēt, vt pecuniā accipiāt, ne v̄dāt, tamen id iis ipsum p̄ legē licebit. hinc vos quas spoliaciones, quas pactiones, quā deniq; in omnibus locis nūdinationē iuris, ac fortunarū fore putatis: Etem̄ qd̄ superiore parte legis p̄finitū fuit, Sylla, & Pōpeio Cōsulibus, id rursus liberū, infinitūq; fecerunt. iubet eosdē decēūros oībus agris publicis pergrande vectigal imponere, vt iidē possint & liberare agros, quos cōmodū sit, & quos ipsis libeat publicare, quo i iudicio perspicī nō pōt, vtrū seueritas acerbior, an benignitas quæstuosior sit futura. Sunt tamen in tota lege exceptiones duę non tā iniquæ, q̄ suspitiosę. excipit in vectigali imponendo agrū Recētoricū Siciliensē: in v̄dendis agris eos agros, de q̄bus cautū sit fœdere. hī sunt in Afrīca, qui ab Hyempsale possident. Hic quęro, si Hyempsali satis est cautum fœdere, & Recētoricus ager priuat⁹ est, quid artinuerit excipi: sin & fœdus illud habet aliquam dubitationem, & ager Recētoricus dicit nōnunq̄ esse publicus, quē putet existimaturū duas causas in orbē terrarū repectas, quibus gratis parceret. Nunc quīnā tam abstrusus vsq; nūmus videt, quem nō architecti huiusce legis olfecerint: p̄uincias, ciuitates liberas, socios, amicos, reges deniq; exhauriunt, admouēt manus vectigalibus populi Romani, non est satis, audite vos qui amplissimo populi, senatusq; iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis, quod ad quęq; peruenit, peruenit ex p̄da, ex manubiis, ex auro coronario, qd̄ neq; consumptum in monumento, neq; in arariū relatū sit, id ad Decēūros referri iubet, hoc capite multa sperant: in omnis imperatores, haeredesq; eorū, quęstionē suo iudicio comparant, sed maximā pecuniā se a Fausto ablaturos arbitrant. quā causam suscipere iurati iudices noluerunt, hanc isti Decēūri susceperunt. idcirco a iudicibus fortasse p̄termittam esse arbitrant, q̄ sit ipsis reseruata. Deīde etiā in reliquū tēpus diligētissime sancit, vt qd̄ quisq; imperator habeat pecuniā, p̄tinus ad Decēūros deferat, hīc tñ excipit Pompeiū: simillime vt mihi videt, atq; in illa lege, qua peregrini Roma eiciunt, Glaucippus excipit, non. n. hac exceptione vnus afficit beneficio, sed vnus priuat⁹ iniuria. Sed cui manubias remittit, hui⁹ vectigalia inuadit. iubet enim pecuniā, si qua post nos consules ex nouis vectigalib⁹ recipiatur, hac vt decēūros, qua si vero nō intelligamus, hac eos vectigalia, quæ Gn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare. Videtis iam P. C. omnibus rebus, & modis cōstructam, & coaceruatam pecuniā Decēūralē. Minuetur huius pecunię inuidia, consumetur enim in agrorum emptionib⁹, optime, quis ergo emet agros istos: iidem decēūri: tu Rulle, missos em̄ facio ceteros, emes quos voles, vendes quos voles: vtrūq; horum facies quanti voles, cauet em̄ vir optimus, ne emat ab inuito, quasi vero non intelligam⁹, ab inuito emere, iniuriosum esse: ab nō inuito, quęstuosum. Quātum tibi agri vendet, vt alios omittam, locer tuus: & si ego eius equitatē animi probe noui, vendet nō inuit⁹, facient idē ceteri libeter, vt possessionis inuidiā pecuniā cōmutet: accipiāt, qd̄ cupiūt: dēt, qd̄ retinere vix possunt. Nunc prospicite omniū rerū infinitā, atq; intolerādā licētiā, pecuniā coacta est ad agros emēdos, si porro ab inuitis non ement. si cōsenserint possessores nō v̄dere, quid futurū est: referet pecuniā: nō licet, exiget: verat, verū esto: nihil est, qd̄ non emi possit, si tātū des, quātū velit v̄ditor, spoliemus orbē terrarū, v̄damus vectigalia, effundam⁹ ararium, vt locupletatis aut inuidiā, aut pestilentia possessoribus, agri tamen emanant, quid: tum quæ erit in istos agros deductio: quæ torius rei ratio, atq; descriptio: Deducentur inquit colonia. quo: quorū hominū: in quæ loca: quis enim nō videt in coloniis esse hac oīa cōsideranda: tibi nos Rulle, & istis tuis harū omniū rerū machinatorib⁹, totā Italiā inermē tradituros existimasti: quam p̄sidiis cōfirmaretis, coloniis occuparetis, omib⁹ vinctis deuinctā, & cōstrictā teneretis, vbi em̄ cauet, ne in Ianiculo coloniā cōstituat: ne urbem hanc urbem alia p̄mere, atq; vrgere possitis: non faciem⁹ inquit, primum nescio, deinde timeo, postremo non committam, vt vestro beneficio potius, q̄ nostro consilio salui esse possim⁹. Quæ vero totam Italiam vestris coloniis complere voluistis, id cuiusmodi esset, neminē ne nostrū intellecturum existimastis: scriptum est enim, quæ in municipia, quæq; in colonias decēūri

Nundinatio iuris.

Recētoricus ager.

Aurū Coronarium.

Optio.

Par & con cordis potestatis.

Ianiculum

Oratio

velint, deducant colonos, quos velint: & iis agros assignent, quibus in locis velint: ut cum totam Italiam militibus suis occuparint, vobis non modo dignitatis retinende, sed ne libertatis quidem recuperandae spes relinquat. Atque haec a me suspitionibus & coniectura coarguunt. In omni omnium tollet error: iam aperte ostendent, sibi nomen huius reipublicae, sedem urbis, atque imperium, denique hoc templum Iouis optimi maximi, atque hanc arcem omnium gentium displicere. Capuam deduci colonos volunt, illam urbem huic urbi rursus opponere, illuc opes suas deferre, & imperium nomen transferre cogitant, qui locus propter libertatem agrorum, abundantiamque rerum omnium, superbiam, & crudelitatem genuisse dicitur: ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decemviris collocabunt, & credo qua in urbe homines in veteri dignitate, fortunamque nati copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti vestri satellites modeste insolentiam suam continebunt. Maiores nostri Capua magistratum, Senatuum, consilium commune, omnia denique insignia reipublicae sustulerunt, neque aliud quicquam nisi inane nomen Capuae reliquerunt: non crudelitate: quid enim illis fuit clementius? qui etiam externis hostibus victis sua sepius reddiderunt: sed consilio, quod videbant, si quod Reipublicae vestigium illis mœnibus contineret, urbem ipsam imperio domiciliū prebere posse. Vos haec, nisi evertere Rempublicam cuperetis, ac vobis novam dominationem comparare, credo quae perniciose essent non videretis: quid enim cavendum est in coloniis deducendis? si luxuries Annibalem ipsum Capuae corrumperit: si superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur: si praesidium non praestitit huic urbi ista colonia, sed opponitur? At quemadmodum arma dei immortales: nam bello Punico quae quid potuit Capua, potuit ipsa per se. nunc omnes urbes, quae circum Capuam sunt, a coloniis per eosdem Decemvros occupabuntur, hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia quae velint oppida colonos ut Decemviri deducant, quos velint. Atque his coloniis agrum Campanum, & Stellatam campum dividit iubet. Non queror diminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturae, atque damni: praetermitto illa, quae nemo est, quin gravissime, & verissime conquiri possit, nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonae, horreum belli, sub signo, claustrisque Reipublicae positum vectigal, servare non potuisse: eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese, & Syllanae dominationi, & Gracchorum largitioni restitisset: non dico solum hoc in Reipublica vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem non pertinescat: praetermitto omnem hanc orationem, & concioni referuo, de periculo salutis ac libertatis loquor. Quid, n. existimatis integrum vobis in Reipublica fore? aut in vestra libertate, ac dignitate retinendum? cum Rullus, atque ii, quos multo magis quam Rullum timetis, cum omni egentium, atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento, & auro, Capuam, & urbes circa Capuam occuparint: His ego rebus P. C. resistam vehementer, atque acriter: neque patiar homines ea me consule expromere, quae contra Rempublicam diu cogitarint. Errastis Rulle vehementer & tu, & nonnulli Collegae tui, qui sperastis vos contra consulem veritate, non ostentatione populari, posse in evertenda Reipublica populares existimari, laceffo vos, in concionem voco, populo Romano disceptatore uti volo. Etenim, ut circumspiciamus omnia, quae populo grata, atque iucunda sunt, nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam oritur reperiemus, sollicitam mihi civitatem suspitione, suspensam metu, perturbatam vestris legibus, & concionibus, & seditionibus tradidistis, spem improbis ostendistis, timorem bonis iniecitistis, fidem de foro, dignitatem de Reipublica sustulistis. Hoc motu, atque hac perturbatione animorum, atque rerum, cum populo Romano vox, & auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit: cum ostenderit nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium novum, nullum regnum Decemvirale, nullam alteram Romam, neque aliam sedem imperii nobis consulibus futuram, summamque tranquillitatem pacis, atque oritur: verendum credo nobis erit, si vestra ista praecleara lex Agraria magis popularis esse videatur: cum vero scelera consiliorum vestrorum, fraudumque legis, & insidias, quae ipsi populo Romano a popularibus Tribunis Plebis fiant, ostendero: pertimescam credo, ne mihi non liceat contra vos in concione consistere: praesertim cum mihi deliberatum, & constitutum sit, ita gerere consulum, quo vno modo geri graviter, & libere potest, ut neque provinciam, neque honorem, neque ornamentum aliquod, aut commodum, neque rem ullam, quae a Tribuno plebis impediti possit, appetiturus sim. Dicit frequentissimo Senatui consul Calpurnius Iunianus, sese, si statim hic Reipublica maneat, neque aliud negotium extiterit, quod honeste subterfugere non possit, in provinciam non iturum. sic me in hoc magistratu geram populi Romani, ut possim Tribunum Plebis Reipublicae iratum coercere, mihi iratum contemnere. Quamobrem per

Annibalem
corrupt
Capua.
Supbia na
ta Capua.

Stellaris ca
pus.

Obsolesce
re.
Referuo.

Pax & con
cordia, po
pularia.

De
deos immort
re deferem
re defendere
lum exteri
intellectu
mus. Erratis
te. omnes
liberi a delict
se posse turb
inde habeat
via facillim
dium P. Ca
maxime Re
longo inter



quibus stud
est, & filere
moderatio
honore, sine
putem, qui
mum hom
tione obua
tutimodo co
civitate co
minibus, rep
esse factos, cu
ac p leges lic
bus novis ho
sul facti? sim
tionis occasio
deat. Est illu
bus primu m
tus atq; orna
de vna pre vo
tudo suffragi
vobis popul
rites, cu ad
maius, vestra
diurne, neq
gna ratio, n
tis expressa
litas ostent

De leg. Agra. contra Kul. Fo. CXVI.

deos immortales colligite vos Tribuni plebis: deferite eos, a quibus, nisi prospicitis, breui tempore deseremini: conspirate nobiscum, consentite cum bonis, communi Rempublice, communi studio, atque amore defendite. multa sunt occulta Reipublice, vulnera, multa nefariorum civium perniciose consilia, nullum externum periculum est: non rex, non gens vlla, non natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum, ac domesticum est. huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Erratis si senatum probare ea, quae dicuntur a me, putatis: populum autem esse in alia voluntate, omnes, qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem consulis soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo, primum me consule id sperare desistat, deinde habeat me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco consulem videt, quae vitae via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducatur. Quod si vos vestrum mihi studium P. C. ad communem dignitatem defendendam profiteremini, perficiam profecto id, quod maxime Respublica desiderat, ut huius ordinis auctoritas, quae apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo Reipublice restituta esse videatur.

Cōspirare.

Velificari honori.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVNVM PL. AD POPVLVM. ORATIO. XVI.



St hoc in more positum Quirites, institutumque maiorum, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, eam primam habeant conditionem, qua gratia beneficii vestri cum suorum laude coniungant, qua in oratione nonnulli aliqui digni maiorum loco reperiunt, plerique autem hoc perficiunt, ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur, unde, etiam quod posteris solueretur, redundaret. mihi quidem apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur: non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos, disciplinisque institutos videtis: sed quod laude populari, atque honoris vestri luce caruerunt. de me autem ipso vereor, ne arrogantis sit apud vos dicere: ingrati, tacere, nam &

quibus studiis hanc dignitatem consecutus sum, memetipsum commemorare perquam graue est, & silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum: quare adhibebit a me certa ratio moderatioque dicendi, ut quid a vobis acceperim, commemorem: quare dignus vestro summo honore, singularique iudicio sum, ipse modice dicam, si necesse erit: vos eosdem existimatos putem, qui iudicauistis. Me perlongo intervallo prope memoriae, temporumque nostrorum primum hominem novum consule fecistis: & eum locum, quem nobilitas praesidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce rescidistis, virtutisque in posterum patere voluistis. neque me tantummodo consule, quod est ipsum pro sese amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac ciuitate consules facti sunt, nouum ante me nemo. nam praefecto si recordari volueritis de nouis hominibus, reperietis, eos, qui sine repulsa consules facti sunt, diuturno labore, atque aliqua occasione esse factos, cum multis annis post petissent, quam praetores fuissent, aliquanto serius, quam per etatem, ac pro leges liceret, qui autem anno suo petierint, sine repulsa non esse factos, me esse unum ex omnibus nouis hominibus, de quibus meminisse possumus, qui consulatum petierim, cum primum licitum sit: consul factus sum, cum primum petierim, ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. Est illud amplissimum, quod paulo ante commemoravi Quirites, quod hoc honore ex nouis hominibus primum me multis posthabitis affecistis, quod prima petitione, quod anno meo, sed tamen magnifice atque ornate esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam indicem tacitae libertatis, sed vocem unam praepro vobis indicem vestrarum erga me voluntatum, ac studiorum tulistis. itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: neque singulae voces praekonum, sed una voce uniuersus populus Romanus consule declarauit. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium Quirites, cum ad animi mei fructum, atque letitiam duco esse praemagnam, tum ad curam, sollicitudinemque multo maius, versantem enim Quirites in animo meo multae, & graues cogitationes, quae mihi nullam praepro neque diurnae, neque nocturnae quietis impartiuert. primum tuendum consulatum, quae cum omnibus est difficilis, & magna ratio, tum vero mihi praepro ceteros, cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, & ab inuicis expressa proponitur, non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. Quod si solus in discrimen aliquod adduceret, ferrum Quirites animo aequo

Quae beneficia Cicero a populo Romano accepit.

Inueniuntur

Inueniuntur